

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput VIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

Pallium coccineum. De Coccino dixi supra, cap. 2. fol. 29. *Ducentos Siclos:* Siclus sanctuarij pendet quatuor drachmas argenti, seu dimidium Talerum. *Regulam* seu laminam 50. *siclorum auri*, qui 300. Ioachimicorum precium æquarunt. Aurum Tolosanum. *Concupiscens abstuli.* περὶ τῆς ἀπορίας τῆς ἀπορίας ἐπιθυμία ἐστὶν. *Vallis Achor.* de qua paulo ante loco X. dictum est.

Caput VIII.

LOCI.

Dabo ei vallem Achor, ut aperiatur spes: inquit Propheta Oseas alludens ad hanc ipsam Israëlitarum historiam, qui cum in valle Achor, sacrilegio Achanis, & clade ab Haitis accepta, ac consternatione inde secuta, turbati essent: post tempestatem illam rursus certam spem occupandæ terræ Canaan ex diuina promissione, & felici successu expugnationis vr̄bis Hai, conceperunt. Ita ecclesia & omnes pij vndiq; turbati insidijs Diaboli, persecutionibus Tyrannorum, inopia, exilijs, hæresibus, peccato, morte, &c. non frangantur animo, nec succumbant dolori, sed certam fiduciam Gratia & benevolentia Dei ac æternæ salutis propter Christum promissæ, & certam spem auxilij, defensionis, liberationis & victoria aduersus omnes hostes tandem obtinendæ retineant. Hæc spes verè ancora fidei & galea salutis Christiana est, Quam cogitatione promissionum Gratia, auxilij & liberationis diuinæ, & æternæ gloria certò secutura, & spiritu sancto paraclito in pectora nostra effuso filius Dei in nobis accedit. ac crebrò hæc vices dolorum & consolationum, mœstitia & gaudij, perturbationum & spei, in piorum cordibus, à Dauide in Psalmis describuntur. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, &c. Deus meus in me anima mea conturbata est, propterea memor ero tui. Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum, omnes fluctus tui transferunt super me. In die promisit Dominus misericordiam suam. Psal. 31. Defecit in dolore vita mea & anni mei in gemitibus, inimicis meis factus sum opprobrium, &c. Ego autem in te speraui Domine, dixi, Deus meus es tu. Psal. 30. Domine cum ostenderes faciem tuam, sum conturbatus. Ad te Domine clamabo, Quoniam momentum ira tua, & vita delectaris. Vesperis erit fletus, & mane carmen. Psal. 69. Defecerunt oculi mei, sed spero in Deum meum. Psal. 71. Locuti sunt inimici mei contra me, dicentes, Deus reliquit eum, persequimini, & comprehendite eum. Ego autem semper sperabo. Hæc & similia dicta, passim in Psalmis obuia, lucem adferunt sententiæ Oseæ, Dabo ei vallem Achor (turbationis) ut aperiatur spes, & ad superioris septimi capitis locum 4. & 10. simul referenda sunt. Ita hoc in loco ad aperiendam seu excitandam & confirmandam in Iosua spem auxilij & liberationis diuinæ, repetitur promissio Gratia & misericordia diuinæ ac felicium successuum, Ne timeas, neque formides. Namque fides innixa Deo trepidantia firmat Pectora, & in mœsto securum tempore tempus Præsumit confisa Deo. nam non metuendi causa timere Deum. vt supra in 4. loco primi capitis diximus.

II. De Medijs, vocationi cuiusq; conuenientibus, non negligendis, etiam si Deus auxilium & successus salutare promisit; supra initio capitis 2: admoni-

admonitionem recitavi. Ita hoc loco Iosua, etiamsi Deus victoriam ei difertè proniferat, tamen stratagemate in bellis concessio vitur, & insidias inter Hai & Bethel, eo ipso in loco, vbi Abraham olim aliquantisper sedem familiæ & ecclesiæ suæ habuit, Gen. 12. collocat, & simulatione fugæ hostes auidè insequentes longius ab oppido abstrahit, quod milites in insidijs positi interea captum incendunt. Simili stratagemate in Vngaria non procul ab oppido Thirna, anno 1552. equites Germanici, quos duxit Fabianus Schoneich, à parte equitatus Turcici laceffiti, & simulatione fugæ, vltra oppidum, in quo aliud agmen latebat, pertracti, & erumpentibus ex oppido hostibus circumuienti vtrinq; cæsi sunt. Ita Methonem anno Christi 1500. Turci ceperunt, cum inter magnas difficultates diu fortiter defensa vrbe, tandem auxilijs & comœatu à Venetis in portum delatis, lati ciues & alij milites, desertis stationibus suis ad portum concurrissent, Turca animaduertens muros defensoribus vacuos: suos transcendere & forum occupare iussit. De his stratagematis apud Thucydidem dicitur, τὰ κλέμματα ταῦτα καλλίστω δόξαν ἔχοντα, ἀ τὸν πολέμιον μάλιστα ἀν τις ἀπαρήσας τὰς Φίλας μέγιστα αὐτὸν ἀφελήσεν.

III. Mars ἀλοπεύσασθαι sæpè spoliantem iam & exultantem euertit. Nemo igitur secundis successibus in bello, & reliquæ totius vitæ cursu elatus, similem prosperitatem perpetuò expectet. Nam subito momento, ex summæ felicitatis fastigio aliquis in extremas calamitates incidere potest, & κοινὸς ἐνούλιος καὶ τὸν κίανόντα κατέκλεσεν. Nemo igitur confidat nimium secundis, Nemo desperet meliora lapsus, Res Deus nostras celeri rotatas Turbine versat.

III. Gubernante Deo consilia prudenter cogitata habent bonos & felices exitus. χωρὶς θεῶν οὐδὲν ὀτυχεῖ. ἀκαῖα δὲ ζῆχη καὶ γλυκὺ τέλος, ὄρνυμι θεῶν, inquit Pindarus. V. De Supplicio CRVCIS, & Depositione cadauerum ante vesperam, quia maledictus à Deo est, qui pendet in ligno, dixi in Deut. 27. VI. De monte Hebal & Garizim ex quibus Benedictiones & Maledictiones populo recitari oportuit: prolixè in Deuteronomij capite 27. diximus. Monet autem, officium Magistratus præcipuum esse, vt custos sit LEGIS Dei & doctrinæ à Deo traditæ, eamque subditis proponi & illustrari curet. Nam propter hunc finem politiæ omnes constitutæ sunt, vt luceat in eis & late propagetur vera de Deo doctrina, & Deut. 17. & Ios. 1. audiuius.

Caput IX.

L O C I.

DE iure supplicum, erga hostes se dedentes, & pœnam misericordia & bonitate leniri petentes, religiosè seruando, Lex Deut. 20. docet; Si exieris ad oppugnandam ciuitatem, offeres ei primùm pacem. Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea est, saluabitur, & seruiet tibi sub tributo. Huius Legis exemplum, in præfenti Gabaonitarum, Iosuae se dedentium historia, illustre proponitur, quod de religione & iure supplicum, in meliore illa antiquitate, hoc oraculi